Quelle: https://manuscripta.at/?ID=911
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



70

aut solus in hospicio remansit. Et instigante
diabolo cecidit in fornicatione. Cum autem reversus
venisset ille qui egressus fuerat fr. dixit ei. Ecce
distraxim quae necessaria erant. Veniam nunc ad
cellulam meam. Respondens autem fr. dixit ei. Non
possum venire. Cumque deprecaretur eum fr. suus dicens.
quapropter non reverteris ad cellulam. Et ille exclamans ei
dicens. quia ego cum discessisti ante me cecidi in forni
catione. Et ideo nolo venire. Volens autem luciari et sal
uare animam ei fr. suus. cum sacerdote dixit ei. quia et
ego cum separatus fuissem ante. lapsus sum simulque in
fornicatione. Veruntamen veniam ad cellulam. et po
namus nos in penitentiam. Omnia enim possibilia dominus.
ut penitentibus nobis indulgentiam donare dignetur.
ut non in igne tormentis et penis nos fer
ni tartaro cruciemur ubi penitentia non est. sed igni
ta semper. et sine cessatione dira tormenta. Ita quoque
reversi sunt ad cellulam suam. Abierunt autem ad sanctos
patres. et prostraverunt se ad vestigia eorum. cum mul
to ululatu et lacrimis exercitii sunt quae evenissent eis
ruina et temptatio. Et quod audierunt senes
mores. et docuerunt eos in causa penitentiae.
ita omnia fecerunt. Ille quoque alter fr. qui non peccaue
rat prostrare quod peccaverat penitentiam agebat. quasi
et ipse peccasset. eo quod multam caritatem erga
eum haberet. Videns autem dns laborem caritatis
eius. in sua pauca tempora revelavit senes patribus quo
us esset causa. et quia propter caritatem illius qui non
peccaverat se affligebat pro salute fratris. idcirco
indulgentiam donavit ei dns qui peccavit.